

PSEAUMES,
HYMNES,
CANTIQUES,
Et autres PRIERES,


*Que l'ancienne & devote Confrerie des Penitens
Blancs de Toulouse, sous l'invocation du S.
Nom de JESUS, chante aux Procession
publiques.*



A TOULOUSE,

Par B. GUILLEMETTE, Imprimeur,
à l'Image S. Bernard. 1693.





PRIERES

Pour la Proceſſion de la veille des Cendres.

LA Compagnie étant aſſemblée dans la Chapelle pour partir, les Choriſtes chanteront l'Hymne O ſalutâris Hôſtia, pour ſaluer le tres-ſaint Sacrement.

L'Hymne achevée, les Choriſtes diront au ſon de la Pſalmodie le Verſet ſuivant, & le corps de la Compagnie le redira.

Les Chor. Jeſu noſtrum refugium, & virtus : propter nomen ſanctum tuum, adjuva nos Deus noſter.

Le Chœur. Jeſu, &c.

En ſuite les Choriſtes entonneront les Pſeaumes mis cy apres, pour les chanter dans tout le cours de la Proceſſion durant la marche ; & apres chaque Verſet le Corps de la Compagnie dira le Verſet Jeſu, &c. mis cy-deſſus.

La Compagnie étant arrivée dans les Eglises des Stations, les Choriſtes chanteront l'Hymne

O salutaris Hóstia : pour saluer le tres saint Sacrement de l'Autel ; ils diront ensuite les Versets propres à chaque Station, & au temps : & le Recteur, ou un Prêtre officiant les Oraisons comme il est marqué plus bas apres les Pseaumes.

La Compagnie fait station dans l'Eglise Metropolitaine S Estienne, dans l'Eglise N. Dame de la Dalbade, dans l'Eglise de la Maison Professe des Peres Jesuites, dans l'Eglise S. Pantaleon des Dames Religieuses de S. Augustin, & enfin dans sa Chapelle.

PSEAUME 13.

Pour deplorer la corruption du genre humain, & detester le crime des impies & des méchans ; Que chaque Confrere en le chátant entre dans cet esprit, & qu'il tache de le dire avec le même zele, & la même devotion, dans ce jour de débauche, que David l'a composé.

Dixit insipiens in corde suo : non est Deus.

Corrupti sunt & abominábiles facti sunt, instúlius suis : non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.

Dóminus de cœlo prospéxit, super filios hóminum : ut vídeat si est intélligens aut requirrens Deum.

Omnes declinaverút, simul inútiles facti sunt : non est qui faciat bonú, non est usque ad unú.

de la veille des Cendres.

Sepúlchrum patens est guttur eórum , linguis suis dolóse agébant : venénum áspidum , sub lábiis eórum.

Quorum os maledictióne , & amaritudine plenum est : velóces pedes eórum , ad effundéndum sánguinem.

Contritio & infœlicitas in viis eórum , & viam pacis non cognovérunt : non est timor Dei , ante óculos eórum.

Nonne cognóscent omnes , qui operántur iniquitátem : qui dévorant plebem meam , sicut escam panis ?

Dóminum non invocavérunt : illic trepidavérunt timóre , ubi non erat timor.

Quóniam Dóminus , in generatióne justa est : consilium inopis , quóniam Dóminus spes ejus est.

Quis dabit ex Sion , salutáre Israël : cum avérterit Dóminus captivitátem plebis suæ , exultábit Jacob & lætábitur Israël.

P S E A U M E 35.

Où la malice des impies, & des debauchés est admirablement décrite; & à même tems la bonté de Dieu, pour les porter à la conversion.

Dixit injústus ut delinquat, in semetípso : non est timor Dei , ante óculos ejus.

Quóniam dolóse egit , in conspéctu ejus : ut inveniátur iniquitas ejus ad ódium.

Verba oris ejus, iniquitas & dolus : nóluit intelligere , ut bene ágeret.

Iniquitátem meditátus est , in cubíli suo : ástitit omni viæ non bonæ , malitiam autem non odivit.

Dómine in coelo, misericórdia tua : & véritas tua , usque ad nubes.

Justícia tua , sicut montes Dei : judicia tua , abyssus multa.

Hómines & juménta , salvábis Dómine : quemádmódu[m] multiplicasti , misericórdiam tuam Deus.

Filii autem hóminum : in zégmine, alárum tuárum sperábunt.

Inebriabúntur ab ubertáte , domus tuæ : & torrente voluptátis tuæ potábis eos.

Quóniam apud te est , fons vitæ : & in lúmine tuo , vidébitus lumen.

Præténde misericórdiam tuam , sciéntibus te : & justitiam tuam , his qui recto sunt corde.

Non véniat mihi , pes supérbix : & manus peccatóris , non móveat me.

Ibi cecidérunt , qui operántur iniquitátem : exóltati sunt , nec potuérunt stare.



P S E A U M E 51.

Il contient une forte invective contre les pecheurs , pour les obliger à revenir à Dieu.

Quid gloriaris , in malitia : qui potens es , in iniquitate ?

Tota die injustitiam cogitavit , lingua tua : sicut novacula acuta , fecisti dolum.

Dilexisti malitiam super benignitatem : iniquitatem magis , quam loqui æquitatem.

Dilexisti omnia verba , præcipitationis : lingua dolosa.

Propterea Deus , destruet te in finem : evellat te & emigrabit te de tabernaculo tuo , & radicem tuam de terra viventium.

Vidébunt justi & timébunt , & super eum ridébunt & dicent : ecce homo qui non posuit Deum , adiutorem suum.

Sed speravit in multitudine , divitiarum suarum : & prævaluit , in vanitate sua.

Ego autem sicut oliva fructifera , in domo Dei : speravi in misericordia Dei in æternum , & in sæculum sæculi.

Confitebor tibi in sæculum , quia fecisti : & expectabo nomen tuum , quoniam bonum est in conspectu Sanctorum tuorum.

Contenant des grandes menaces des peines préparées contre les méchans, & prêtes à tomber sur leur tête; Il contient encore des louanges à Dieu de ce qu'il n'abandonne jamais les bons.

DEUS ultionum Dóminus : Deus ultionum, libere egit. 1

Exaltáre, qui júdicas terram : redde, retributionem superbis.

Usquequò, peccatóres Dómine : usquequò, peccatóres gloriabúntur ?

Effabúntur, & loquéntur iniquitátem, loquéntur omnes, qui operántur injustitiam ?

Pópulum tuum Dómine humiliavérunt : & hæreditátem tuam vexavérunt.

Viduam, & ádvenam interfecérunt : & púillos occidérunt.

Et dixerúnt, non vidébit Dóminus : nec intelliget Deus Jacob.

Intelligite, insipientes in pópulo : & stulti, aliquándo sápite.

Qui plantávit aurem, non áudiet : aut qui finxit óculum, non considerat ?

Qui córripit gentes, non árguet : qui docet hóminem sciéntiam ?

Dóminus scit, cogitationes hóminum : quóniam vanæ sunt.

Beatus homo, quem tu erudieris Dómine:
& de lege tua, docueris eum.

Ut mitiges ei, à diébus malis: donec fodiá-
tur, peccatori fóvea.

Quia non repellet Dóminus, plebem suam:
& hæreditatem suam, non derelinquet.

Quoad-úsque iustitia, convertátur in judi-
cium: & qui juxta illam, omnes qui recto
sunt corde.

Quis consúrget mihi, advérsus malignántes?
aut quis stabit mecum, advérsus operántes ini-
quitátem?

Nisi quia Dóminus, adjúvit me, paulóminus
habitáffet, in Inférno ánima mea.

Si dicébam, motus est pes meus: misericór-
dia tua Dómine, adjuvábat me.

Secúndum multitudinem dolórum meórum,
in corde meo: consolatiónes tuæ, lærificavé-
runt ánimam meam.

Nunquid adhæret tibi, sedes iniquitátis: qui
singis labórem in præcépto?

Captábunt, in ánimam iusti: & sánguinem
innocéntem, condemnábunt.

Et factus est mihi Dóminus, in refúgium: &
Deus meus, in adjutórium spei meæ.

Et reddet illis iniquitátem ipsórum, & in
malitia eórum disperdet eos, disperdet illos,
Dóminus Deus noster.

JrE

B

Dans lequel David implore la miséricorde divine sur les hommes ; représentant à Dieu la fragilité de leur nature.

Domine, refugium factus es nobis : à generatione in generationem.

Priusquam montes fierent , an formarétur terra & orbis : à sæculo , & usque in sæculum tu es Deus.

Ne avértas hóminem , in humilitátem : & dixísti , convertimini filii hóminum.

Quóniam mille anni , ante óculos tuos : tanquam dies hestérna , quæ præteríit.

Et custódia in nocte : quæ pro nihilo habéntur , eórum anni erunt.

Mane sicut herba tránseat , mane flóreat & tránseat : vésperé décidat , indúret & aréscat.

Quia defécimus , in ira tua : & in furóre tuo , turbáti sumus.

Posuísti iniquitátes nostras , in conspéctu tuo : séculum nostrum , in illuminatióne vultus tui.

Quóniam omnes dies nostri , defecérunt : in ira tua defécimus.

Anni nostri sicut arána medirabúntur : dies annórum nostrórum , in íp̄s septuaginta anni.

Si autem in potentátibus , octoginta anni : &

amplius eorum , labor & dolor.

Quoniam supervenit mansuetudo : & corripiemur.

Quis novit potestatem , iræ tuæ : & præ timore tuo , iram tuam dinumerare ?

Dexteram tuam , sic notam fac : & eruditos corde , in sapientia.

Convertere Domine usquequò : & deprecabilis esto , super servos tuos.

Repleti sumus mane , misericordia tua : exultavimus & delectati sumus , omnibus diebus nostris.

Lætati sumus pro diebus , quibus nos humiliasti : annis quibus vidimus mala.

Réspice in servos tuos , & in ópera tua : dirige , filios eorum.

Et sit splendor Domini Dei nostri , super nos : & ópera manuum nostrarum dirige super nos , & ópera manuum nostrarum dirige.

P S E A U M E 91.

Pour publier la misericorde , & bonté infinie de Dieu à pardonner les pecheurs , & leur remettre la punition ; & sa liberalité à récompenser les bons.

Bonum est , confitèri Domino : & psallere , nómini tuo altíssimo.

Ad annunciandum mane , misericórdiam

tuam : & veritatem tuam per noctem,

In decachordo psalterio , cum canticum in cithara.

Quia delectasti me Domine , in factura tua :
& in operibus manuum tuarum , exultabo.

Quam magnificata sunt , opera tua Domine :
nimis profundæ factæ sunt , cogitationes tuæ.

Vir insipiens , non cognoscet : & stultus , non
intelliget hæc.

Cum exorti fuerint peccatores , sicut fœnum :
& apparuerint omnes , qui operantur
iniquitatem.

Ut intereant , in sæculum sæculi : tu autem al-
tissimus in æternum Domine.

Quoniam ecce inimici tui Domine , quoniam
ecce inimici tui peribunt : & disper-
gentur omnes , qui operantur iniquitatem.

Et exaltabitur sicut unicornis , cornu meum :
& senectus mea , in misericordia uberi.

Et despexit oculus meus , inimicos meos : &
insurgentibus in me malignantibus , audiet
auris mea.

Iustus , ut palma florebit : sicut cedrus Li-
bani , multiplicabitur.

Plantati , in domo Domini : in atriis , domus
Dei nostri florebut.

Adhuc multiplicabuntur , in senecta uberi :
bene patientes erunt , ut annuncient.

Quóniam rectus Dóminus, Deus noster: & non est, iniquitas in eo.

P S E A U M E 109.

Par lequel il faut demander pardon à Dieu de nos pechés chacun en particulier, des pechés de tout le peuple, & de nôtre ingratitude. Par lequel il faut encore inviter tous les hommes à rendre graces à Dieu des bien-faits reçeus de luy quoy que pecheurs.

Confitémini Dómino, quóniam bonus: quóniam in sæculum, misericórdia ejus. Quis loquétur, poténtias Dómini: auditas faciet, omnes laudes ejus?

Beati qui custódiunt, judícium: & faciunt justíam, in omni rémpore.

Meménto nostrí Dómine, in beneplácito pópuli tuí: vífita nos, in salutári tuo.

Ad vidéndum in bonitate, electórum tuorum: ad lætándum in lætítia gentis tuæ, ut laudéris cum hæreditate tua.

Peccávimus, cum pátribus nostris: injústè égimus, iniquitátem fécimus.

Patres nostrí in Ægypto, non intellexérunt, mirábilia tua: non fuérunt mémores, multitudinis misericórdiæ tuæ.

Et irritavérunt, ascendéntes in mare: in mare rubrum.

Et salvávit eos, propter nomen suum: ut

notam fáceret , poténtiam suam.

Et inérépuít mare , & exsiccárum est : & dedúxit eos in abyssis , sicut in desérto.

Et salvávit eos , de mánu odiéntium : & redémít eos de manu inimíci.

Et opéruit aqua , tribulántes eos : unus ex eis , non remánfit.

Et credidérunt , verbis ejus : & laudavérunt laudem ejus.

Cito fecérunt , obliti sunt óperum ejus : & non sustinuérunt , consílium ejus.

Et concupiérunt concupiscéntiam , in desérto : & tentavérunt Deum , in inaquósa.

Et dedit eis , petitiónem ipsórum : & misit saturitátem , in ánimas eórum.

Et irritavérunt Moyem , in castris : Aaron sanctum Dómini.

Apérta est terra , & deglutivít Náthan : & opéruit , super congregatiónem Abiron.

Et exársit ignis , in Synagóga eórum : flamma combússit peccatóres.

Et fecérunt , vitulum in Horeb : & adoravérunt scúlptile.

Et mutavérunt , glóriam suam : in similitúdinem vítuli , comedéntis foenum.

Obliti sunt Deum qui salvávit eos , qui fecit magnália in Ægypto : mirabília in terra Cham , terribilia in mari rubro.

Et dixit, ut disperderet eos : si non Mòyses electus ejus steterit, in contractione in conspectu ejus.

Ut averteret iram ejus, ne disperderet eos : & pro nihilo habuerunt, terram desiderabilem.

Non crediderunt verbo ejus, & murmuraverunt in tabernaculis suis : non exaudierunt vocem Dòmini.

Et elevavit manum suam, super eos : ut prosterneret eos in deserto,

Et ut deiceret semen eorum, in nationibus : & dispergeret eos, in regionibus.

Et initiati sunt Beelphegor : & comederunt sacrificia mortuorum.

Et irritaverunt eum, in adinventiõibus suis : & multiplicata est, in eis ruina.

Et stetit Phinees, & placuit : & cessavit quassatio.

Et reputatum est ei, in justitiam : in generationem & generationem, usque in sempiternum.

Et irritaverunt eum, ad aquas contraditiõnis : & vexatus est Mòyses propter eos, quia exacerbaverunt spiritum ejus.

Et distinxit, in labiis suis : non disperdidērunt gentes quas dixit Dòminus illis.

Et commixti sunt inter gentes, & didicē-

runt ópera eórum : & serviérunt sculptrílibus eórum, & factum est illis in scándalum.

Et immolavérunt, filios suos : & filias suas dæmoniis.

Et effudérunt sánguinem innocéntem, sánguinem filiórum suórum & filiárum suárum : quas sacrificavérunt sculptrílibus Chánaam.

Et infécta est terra in sanguínibus, & contamináta est in opéribus eórum : & fornicáti sunt, in adinventiónibus suis.

Et irátus est furóre Dóminus, in pópulum suum : & abominátus est, hæreditátem suam.

Et tradidit eos, in manus géntium : & domínati sunt eórum, qui odérunt eos.

Et tribulavérunt eos inimíci eórum : & humiliáti sunt sub máribus eórum, sæpe liberávit eos.

Ipsi autem exacerbavérunt eum, in consílio suo : & humiliáti sunt, in iniquitatibus suis.

Et vidit, cum tribularéntur : & audívit, orationem eórum.

Et memor fuit, testaménti sui : & pœnituit eum, secúndum multitudinem misericórdiæ suæ.

Et dedit eos, in misericórdias : in conspéctu ómnium, qui céperant eos.

Salvos nos fac Dómine, Deus noster : & cóngrega nos de natióibus.

Ut confiteámur , nómini sanéto tuo : & gloriémur , in laude tua.

Benedíctus Dóminus Deus Israél á sæculo , & usque in sæculum : & dicet omnis pópulus , fiat , fiat.

P S E A U M E 74.

Aprés avoir demandé pardon de nos pechés & de nôtre ingratitude , nous devons nous exciter en disant ce Pseaume , à quitter la vanité , le faste , & toutes les folies du monde ; & à nous humilier devant la puissance souveraine de Dieu :

Confitébmur , tibi Deus : confitébmur , & invocábimus nomen tuum.

Narrábimus ; mirabilia tua : cum accépero tempus , ego justítias judicábo.

Liquefacta est terra , & omnes qui hábitant in ea : ego confirmávi , colúmnas ejus.

Dixi iniquis : nolite inique ágere : & delinquentibus , nolite exaltáre cornu.

Nolite extóllere in altum , cornu vestrum : nolite loqui advérsus Deum iniquitátem.

Quia neque ab oriénte , neque ab occidén-te : neque à désertis móntibus , quóviam Deus Judex est.

Hunc humiliat , & hunc exáltat : quia calix in manu Dómini , vini pleni merus mixto.

Et inclinávit ex hoc in hoc , verúm tamen

fæx ejus non est exinanita : bibent omnes,
peccatóres terræ.

Ego autem annuntiábo , in séculum : cantábo
Deo Jacob.

Et ómnia córnua , peccatórum confringam :
& exaltabúntur , córnua justi.

P S E A U M E 103.

*Pour nous exciter à mettre toute nôtre confiance
en Dieu , afin qu'il ne permette plus que nous
tombions dans les pechés dont il nous a deli-
vrés ; pour le remercier de ses bien faits , &
pour inviter les hommes & les Anges à louer
& benir sa bonté.*

Benedic, ánima mea Dómino : & ómnia
quæ intra me sunt, nómini sancto ejus.

Benedic , ánima mea Dómino : & noli obli-
vísci , omnes retributiónes ejus.

Qui propitiátur , ómnibus iniquitatibus tuis :
qui sanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interítu, vitam tuam : qui co-
rónat te in misericórdia & miseratióne.

Qui replet in bonis, desidérium tuum : reno-
vábatur ut áquilæ , juvénus tua.

Fáciens , misericórdias Dóminus : & judí-
cium ómnibus , injúriam patientibus.

Notas fecit , vias suas Móysi : filiis Israël , vo-
luntates suas.

Miserátor , & misericors Dóminus : longá.

nimis, & multum misericors.

Non in perpetuum, irascetur; neque in æternum comminabitur.

Non secundum peccata nostra, fecit nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

Quoniam secundum altitudinem cœli, à terra: corroboravit misericordiam suam, super timentes se,

Quantum distat ortus, ab occidente: longè fecit à nobis, iniquitates nostras.

Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se: quoniam ipse cognovit signum nostrum.

Recordatus est, quoniam pulvis sumus: homo sicut fœnum dies ejus tanquam flos agri, sic efflorebit.

Quoniam spiritus pertransiit in illo, & non subsistet: & non cognosceret amplius, locum suum.

Misericordia autem Domini: ab æterno: & usque in æternum, super timentes eum.

Et justitia illius, in filios filiorum: his qui servant, testamentum ejus.

Et memores sunt, mandatorum ipsius: ad faciendum ea.

Dominus in cœlo paravit sedem suam: & regnum ipsius, omnibus dominabitur.

Benedicite Dómino , omnes Angeli ejus : potentes virtúte faciéntes verbum illius , ad audiéndam vocem fermónum ejus.

Benedicite Dómino , omnes virtútes ejus : ministri ejus , qui fáctis voluntátes ejus.

Benedicite Dómino , ómnia ópera ejus : in omni loco dominationis ejus , benedic áni-ma mea Dómino.

P S E A U M E 24.

Pour demander à Dieu qu'il vous montre le chemin de vertu : luy protestant de vouloir suivre constamment sans vous en écarter en aucune façon avec douleur de ne l'avoir pas cherché dans vôtre vie passée , & d'avoir marché dans celui du vice.

AD te Dómine , levávi ánimam meam : Deus meus in te cōfido , non erubescam. Neque irrideant me , inimíci mei : etenim universi , qui sústinent te , non confundéntur.

Confundántur ómnes , iníqua ágéntes : supervácuè.

Vias tuas Dómine , demónstra mihi ; & scé-títas tuás édoce me.

Dirige me in veritáte tua , & doce me : quia tu es Deus Salvátor meus , & te sustinui tota die. Reminíscere , miseratiónum tuárum Dómine : & mísericordiárum tuárum , quæ à sæ-culo sunt.

Delicta juventutis meæ : & ignorantias meas,
ne memineris.

Secundum misericordiam tuam , meménto
mei tu : propter bonitatem tuam **D**ómine.

Dulcis , & rectus **D**óminus : propter hoc le-
gem dabit , delinquentibus in via.

Díriget mansuétos , in iudício : docébit mi-
res , vias suas.

Univerſæ viæ **D**ómini , misericórdia & véri-
tas : requiréntibus testaméntum ejus , & testi-
mónia ejus.

Propter nomen tuum **D**ómine , propitiáberis
peccáto meo : multum est enim.

Quis est homo , qui timet **D**óminum ? legem
statuit ei , in via quam elégit.

Anima ejus , in bonis demorábitur : & semen
ejus , hæreditábit terram.

Firmaméntum est **D**óminus , timéntibus eum :
& testaméntum ipsius , ut manifestétur illis.

Oculi mei , semper ad **D**óminum : quóniam
ipse evéllit , de laqueo pedes meos.

Réspice in me , & miserére mei : quia uni-
cus , & pauper sum ego.

Tribulatiónes cordis mei , multiplicatæ sunt :
de necessitatibus meis érue me.

Vide humilitatem meam , & labórem meum :
& dimitte univérſa delicta mea.

Réspice inimicos meos , quoniam multipli-

22 *Prieres pour la Proceſſion*
câti ſunt : & ódio iníquo odérunt me.
Cultódi ánimam meam, & érue me : non
erubéſcam , quóniam ſperavi in te.
Innocéntes & recti , adhæſérunt mihi : quia
ſuſtinui te.
Libera, Deus Iſraél : ex ómnibus , tribula-
tiónibus ſuis.



VERSETS ET ORAISONS pour les Stations.

PREMIERE STATION.

*Dans l'Eglise Metropolitaine Saint
Eſtienne.*

*Toute la Compagnie étant entrée dans l'Eglise,
& rangée à genoux, les Choristes chanteront
l'Hymne ſuivante.*

O Salutáris Hóſtia ,
Quæ cœli pandis óſtium ,
Bella premunt hoſtilia ,
Da robur, fer auxílium.
Uni trinóque Dómino ,
Sit ſempitérna glória ,
Qui vitam ſine término ,
Nobis donet in pátria. Amen.

Les Chor. V. Panem de Cœlo præstitisti eis.

Le Chœur. R. Omne delectamentum in se habentem.

Les Chor. V. Ora pro nobis Beate Stéphane.

Le Chœur. R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Les Chor. V. Dómine non secundum peccata nostra facias nobis.


Le Chœur. R. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

L'Officiant. OREMUS.

DEUS qui nobis sub Sacramento mirabili; Passiónis tuæ memóriam reliquisti ; tribue quæsumus, ita nos corpóris , & sanguinis tui sacra mystéria venerári : ut redemptionis tuæ fructum in nobis júgiter sentiamus.

DA nobis quæsumus Dómine , imitari quod colimus , ut discamus & inimicos diligere : quia ejus commemoratiónem celebrámus , qui novit etiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Jesum Christum.

EXaudi quæsumus Dómine supplicum preces : & confitentium tibi parce peccátis , ut páriter nobis indulgéntiam tribuas benignus & pacem. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.



SECONDE STATION.

*Dans l'Eglise Nôtre Dame de la
Dalbade.*

Les Chor. O salutâris, &c.

Les Chor. ✕. Panem.

Le Chœur ♪. Omne, &c. *tout comme cy-
dessus.*

Les Chor. ✕. Ora pro nobis sancta Dei gé-
nitrix.

Le Chœur. ♪. Ut digni efficiâmur promif-
sionibus Christi.

Les Chor. ✕. Dómine non secúndum pec-
câta nostra faciâs nobis.

Le Chœur. ♪. Neque secúndum iniquitâ-
tes nostras retribuâs nobis.


L'Officiant. O R E M U S.

Deus qui nobis sub Sacraménto, &c. *comme
dessus.*

Concède nos famulos tuos quæsumus
Dómine Deus, perpétua mentis & cor-
poris sanitate gaudere; & gloriósa Beátæ Ma-
riæ semper Virginis intercessióne, à præsentí
liberâri tristitia, & ætérna perfrui lætitia.

Exaudi quæsumus Dómine, *comme dessus.*

T R O I



T R O I S I È M E S T A T I O N .

*Dans l'Eglise de la Maison Professe des
Peres Jesuistes.*

Les Chor. O salutáris Hóstia , &c.

Les Chor. V. Panem de Cœlo , &c.

Le Chœur. R. Omne delectaméntum , &c.

Les Chor. V. Justum dedúxit Dóminus per
vias rectas.

Le Chœur. R. Et osténdit illi Regnum Dei.

Les Chor. V. Dómine non secúndum , &c.

Le Chœur. R. Neque secúndum , &c.

L'Officiant. O R E M U S .

Deus qui nobis sub Sacramento mirabili ,
&c. *comme dessus.*

DEUS , qui ad majórem tui Nóminis gló-
riam propagándam novo per Beátum
Ignátium subsidio , militántem Ecclesiám
roboráti , concéde ut ejus auxilio & imita-
tione certantes in terris , coronári cum ipso
mercámur in Cœlis.

Exaudi quæsumus Dómine , &c. *comme
dessus.*



QUATRIÈME STATION.

Dans la Chapelle S. Pantaleon des Dames Religieuses de S. Augustin.

Les Chor. O salutáris, &c.

Les Chor. ✠. Panem, &c.

Le Chœur. R. Omne, &c.

Les Chor. ✠. Justus ut palma florébit.

Le Chœur. R. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Les Chor. ✠. Dómine non secúndum peccáta nostra fácias nobis.

Le Chœur. R. Neque secúndum iniquitates nostras retribuas nobis.

L'Officiant. OREMUS.

Deus qui nobis sub Sacraménto, &c. *comme dessus.*

PRæsta quæsumus omnipotens Deus, ut intercedente Beáto Pantaleóne Mártire tuo, à cunctis adversitatibus liberémur in corpore, & à pravis cogitationibus mundémur in mente.

Exaudi quæsumus Dómine supplicum preces, *comme dessus.*



CINQUIÈME STATION.

Dans la Chapelle de la Confrerie.

Les Chor. O salutáris , &c.

Les Chor. ✠. Panem de Cœlo præstitisti eis.

Le Chœur. R. Omne delectaméntum in se habéntem.

Les Chor. ✠. Sit nomen Dómini nostri Jesu Christi benedictum.

Le Chœur. R. Ex hoc nunc & usque in sæculum.

Les Chor. ✠. Meménto Congregatiónis tuæ.

Le Chœur. R. Quam possedisti ab initio.

Les Chor. ✠. Dómine non secúndum peccáta nostra fácias nobis.

Le Chœur. R. Neque secúndum , &c.

Les Chor. ✠. Benedicámus Patrem & Fílium cum sancto Spiritu.

Le Chœur. R. Laudémus & superexaltémus eum in sæcula.

L'officiant. OREMUS.

DÉUS qui nobis , &c. *comme dessus.*

DEUS qui gloriosíssimum Nomen JESU Christi Filii tui Dómini nostri, fecisti

fidélibus tuis summo suavitatis affectu amabile, & malignis spiritibus tremendum atque terribile concede propitius; ut omnes qui hoc Nomen JESU, devotè venerantur in terris, sanctæ consolationis dulcedinem in presenti percipiant, & in futuro gaudium exultationis, & interminabilis beatitudinis obtineant in Coelis.

Defende quæsumus Dómine, Beata Maria semper Virgine intercedente, istam ab omni adversitate familiam, & toto corde tibi prostratam, ab hostium propitius ruerè clemèter insidias.

Exaudi quæsumus Dómine supplicum preces: & confitentium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacem.

Deus cujus misericordiæ non est numerus, & bonitatis infinitus est thesaurus: piissimæ majestati tuæ pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clemèntiam exorantes: ut qui petentibus postulata concedis eosdem non deserens ad præmia futura disponas. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, &c. *R.* Amen.



H Y M N E S

DE LA PASSION DE NOSTRE
*Seigneur Jesus-Christ, que les Confre-
 res doivent reciter en particulier dans
 la Chapelle devant le S. Sacrement, pendant la Semaine sainte, & en autre
 tems à leur devotion ; Et que la Com-
 pagnie en corps chante pendant le cours
 de la Procession du Jedy Saint en la
 maniere suivante.*

*Les Choristes commenceront d'entonner par le
 Verset Jesu, &c. mis cy apres, que la Compa-
 gnie redira. En suite les Choristes commenceront
 les Hymnes, & la Compagnie répondra en di-
 sant apres chaque strose le Verset Jesu, &c.*

*A la fin de chaque station les Choristes diront
 le Verset Christus, &c. & le Recteur l'Oraison
 Respice, &c. qui sont à la fin des Hymnes.*

*ÿ. Les Chor. Jesu, peccatorum refugium, &
 Poenitentium Protéctor: propter nomen san-
 ctum tuum, adjuva nos Deus noster.*

*Le Chœur redit. Jesu, peccatorum refugium,
 & poenitentium, &c.*

Hymne.

IN Passiõne Dómini,
 Qua salus datur hómini,
 Sit nostrum refrigerium,
 Et cordis desiderium. Jesu, &c.
 Portémus in memoria,
 Pœnas, atque oppróbria,
 Christi corónam spinéam,
 Crucem, clavos & lanceam. Jesu, &c.
 Et plagas sacratissimas,
 Omni laude digníssimas,
 Acétum, fel, arúndinem,
 Mortis amaritúdinem. Jesu, &c.
 Hæc ómnia non sátient,
 Et dúlciter inébrient,
 Nos répleant virtútibus,
 Et gloriósis frúctibus. Jesu, &c.
 Te crucifixum cólimus,
 Te toto corde póscimus,
 Ut nos sanctorum coetibus,
 Conjungas in coeléstibus. Jesu, &c.
 Qui manè coram præside,
 Reus à multitudine,
 Multórum factus criminum,
 Fuisti judex ómnium. Jesu, &c.
 Te pétimus attentius,
 Ut sis nobis propítius,
 Et per tuam cleméntiam,

F E

Perdúcas nos in glóriam. Jesu, &c.

Tu qui cæsus verbéribus ,
Fuísti à crudélibus ,
Gerens corónam spineam,
Et chlámymdem coccineam. Jesu, &c.

Fac nos sit te diligere
Sanctámque vitam ducere ,
Ut mereámur réquie ,
Fruí coeléstis pátriæ. Jesu, &c.

Crucem pro nobis súbiit ,
Et stans in illa sirivit ,
Jesus, factátis máribus,
Fossis clavis, & pédibus. Jesu, &c.

Honor, & benedíctio,
Sit crucifixo Filio ,
Qui nos suo supplicio ,
Redémit ab exílio. Jesu, &c.

Beáta Christi Pássio,
Sir noétra liberátio ,
Ut per hanc nobis gáudia ,
Paráta sint coelestia. Jesu, &c.

Glória Christo Dómino ,
Qui pendens in patíbulo ,
Clamans emísit spíritum ,
Mundumque salvat pérditum. Jesu, &c.

Qui jacuísti mórtuus ,
In petra Rex innócuus ,
Fac nos in te quiescere ,



Vitámque sanctam dúcere. Jesu, &c.

Succúrre nobis Dómine ,
 Quos redemisti sángine ,
 Et duc nos ad suávia
 Æternæ lucis gáudia. Jesu, &c.

HYMNE DE S. BERNARD.

Pour saluër devotement toutes les parties du Corps de Jésus-Christ souffrant sur la Croix, pour les pechés de tous les hommes : Et pour luy demander en consideration de chacune la remission des pechés, la vertu de penitence, & diverses autres graces, & dons spirituels : comme il est indiqué au commencement de chaque salutation

AUX PIEDS.

Demandés - luy qu'il daigne vous regarder prosterné à ses pieds ; vous pardonner toutes vos fautes, & vous donner la vertu d'humilité

Salve mundi salutáre ,
 Salve , salve Jesu care ,
 Crucí tuæ me aptáre ,
 Vellem vere , tu scis quare ,
 Da mihi tui cópiam. Jesu, &c.

Ac si præsens sic accédo ,
 Imò te præsentem credo ,
 O quàm nudum hic te cerno !
 Ecce tibi me prostérno ,
 Sis fácilis ad véniam. Jesu, &c.

Clavo

Clavos pedum, plagas duras,
 Et tam graves impressuras,
 Circumpléctor cum affectu,
 Tuo pavens in aspéctu,
 Tuórum memor vulnérum. † Jesu, &c.

Grates tantæ charitatí
 Nos agámus vulnerátí,
 O amátor peccatórum,
 Reparátor contractórum,
 O dulcis pater páuperum. Jesu, &c.

Quidquid est in me confráctum,
 Dissipátum, aut distráctum,
 Dulcis Jesu totum sana,
 Tu restáura, tu complána,
 Tam pio medicámine. Jesu, &c.

Te in tua Cruce quæro,
 Prout queo corde mero,
 Me sanábis hic, ut spero,
 Sana me, & salvus ero,
 In tuo lavans sáanguine. Jesu, &c.

Plagas tuas rubicúndas,
 Et físisúras tam profúndas,
 Cordi meo fac inscribi,
 Ut configar totus tibi,
 Te modis amans ómnibus. Jesu, &c.

Dulcis Jesu pie Deus,
 At te clamo licet reus,
 Præbe mihi te benígnum,

Ne repéllas me indignum ,
De tuis sanctis Pedibus. Jesu , &c.

Coram Cruce procumbéntem :
Hosque pedes complecténtem ,
Jesu bone non me spernas ,
Sed de Cruce sancta cernas
Compassiónis grátia. Jesu , &c.

In hac Cruce stans directè
Vide me , ô mi dilécte
Ad te totum me convertè ,
Esto sanus , dic apértè ,
Dimitto tibi ómnia. Jesu , &c.

AUX GENOUX.

Demandés-luy , qu'après vous avoir lavé de son Sang , il vous donne le desir des souffrances , de le suivre toujours , & avec ardeur , dans les mépris , & l'ignominie de la Croix.

SAlve Jesu Rex Sanctórum ,
Spes votiva peccatórum ,
Crucis ligno tanquam reus ,
Pendens homo verus Deus ,
Cadúcis nutans génibus. Jesu , &c.

O quam pauper ; ô quam nudus ,
Qualis es in Cruce ludus ,
Derisórum jocus factus ,
Sponte tamen , non coáctus ,
Attritus membris ómnibus. Jesu , &c.

Sanguis tuus abundánter ,

Fusus , fluit incessanter ,
 Totus lotus in cruore
 Stas in máximo dolore ,
 Præcinctus vili tégmine.

Jesu , &c.

O Majestas infinita ,
 O egestas inaudita ,
 Quis pro tanta charitate ,
 Quærit te in veritate ,
 Dans sanguinem pro sanguine.

Jesu , &c.

Quid sum tibi responsurus :
 Actus vilis , corde durus ,
 Quid rependam amatóri ,
 Qui elegit pro me mori ,
 Ne dupla morte mórerer.

Jesu , &c.

Amor tuus , amor fortis ,
 Quem non vincunt jura mortis ,
 O quam pia me sub cura ,
 Tua foves in pressura ,
 Ne morfu , mortis vulnerer.

Jesu , &c.

Ecce tuo præ amore ,
 Te compléctor cum rubore ,
 Me coápto diligenter ,
 Tu scis causam evidenter ,
 Sed suffer , & dissimula.

Jesu , &c.

Hoc quod ago non te gravet ,
 Sed me sanet , & me lavet ,
 Inquinatum & ægrótum
 Sanguis fluens hic per rotum ,

Ut non supersit macula. Jesu, &c.

In hac Cruce te cruentum,
Te contemptum & distentum,
Ut requiram me impelle,
Et hoc imple meum velle,
Facturus quod desidero. Jesu, &c.

Ut te quæram mente pura
Sit hæc mea prima cura,
Non est labor, nec gravabor,
Sed sanabor, & mundabor,
Cum te complexus fuero. Jesu, &c.

AUX MAINS.

*Demandés leur protection dans les dangers,
& dans toutes vos actions, & la vertu de penitence.*

Salve Jesu Pater bone,
Fatigatus in agone,
Qui per lignum es distractus,
Et ad lignum es compactus
Expansis sanctis Manibus. Jesu, &c.

Manus sanctæ vos avete,
Rosis novis adimplete,
Hos ad ramos durè junctæ,
Et crudéli ferro punctæ,
Tot guttis decurréntibus. Jesu, &c.

Ecce fuit circumquaque,
Manu tua de utraqûe,
Sanguis tuus copiosè,

Rubicúndus instar rosæ ,
Magnæ salutis præcium. Jesu , &c.

Manus clavis perforátas ,
Et cruóre purpurátas ,
Corde premo præ amóre ,
Sitibúndo bibens ore ,
Cruóris stillicídium. Jesu , &c.

O quàm largè te compónis ,
Promptus malis atque bonis ,
Trahis pìgros, pios vocas ,
Et in tuis ulnis locas ,
Parátus gratis ómnibus. Jesu , &c.

Ecce tibi me præsentó ,
Vulneráto & cruénto ,
Semper ægris miseréris ,
De me ergo ne gravéris ,
Qui præsto es amántibus. Jesu , &c.

In hac Cruce sic exténsus ,
Int te meos trahé sensus ,
Meum posse , velle , scire ,
Cruci tuæ fac servíre ,
Me tuis apta bráchiis. Jesu , &c.

In tam lata charitáte ,
Trahe me in veritáte ,
Propter Crucem tuam almam ,
Trahe me ad Crucis palmam
Dans finem meis vitis. Jesu , &c.

Manus sanctæ , vos ampléctor ,

Et geméndo condeléctor ,
 Grates ago plagis tantis ,
 Clavis duris , guttis sanctis ,
 Dans lácrymas cum ósculis. Jesu , &c.

In cruóre tuo lotum ,
 Me comméndo tibi totum ,
 Tuæ sanctæ Manus istæ ,
 Me défendant Jesu Christe ,
 Extrémis in periculis. Jesu , &c.

AU COTE.

*Demandés qu'il vous soit ouvert , & vous
 serve de refuge pendant les tentations , & vous
 donne une parfaite confiance en sa bonté.*

SAlve Jesu summe bonus
 Ad parcendum nimis pronus ,
 Membra tua macilénta ,
 Quàm acerbè sunt disténta ,
 In ramo Crucis tórrida. Jesu , &c.

Salve latus Salvátoris ,
 In quo latet mel dulcórís ,
 In quo pater vis amóris ,
 Ex quo scatet fons cruóris ,
 Qui corda lavat sórdida. Jesu , &c.

Ecce tibi appropínquo ,
 (Parce, Jesu si delinquo)
 Verecúnda quidem fronte ,
 Ad te tamen veni sponte ,
 Scrutári tua vúlnera. Jesu , &c.

Salve mitis apertúra ,
 De qua manat vena pura ,
 Porta patens & profunda ,
 Super rosam rubicúnda ,
 Médela salutífera. Jesu, &c.

Odor tuus super vinum ,
 Virus pellens serpentínium ,
 Potus tuus potus vitæ ,
 Qui sititis huc venite ,
 Tu dulce vulnus áperi. Jesu, &c.

Plaga rubens aperire ,
 Fac cor meum te sentire ,
 Sine me in te transire ,
 Vellem totus introíre ,
 Pulsánti pande páuperi. Jesu, &c.

Ore meo te contingo ,
 Et ardenter ad me stringo ,
 In te meum cor intíngo ,
 Et ferventi corde lingo ,
 Me totum in te trájice. Jesu, &c.

O quàm dulcis sapor iste ,
 Qui te gustat Jesu Chríste
 Tuo devictus dulcóre ,
 Mori posset præ amóre ,
 Te unum amans únicè. Jesu, &c.

In hac fossa me recónde ,
 Infer meum cor profúndè ,
 Ubi latens incaléscat ,

Et in pace conquiescat ,
Nec prorsus quemquam timeat. Jesu , &c.

Hora mortis meus status
Intret Jesu tuum latus ,
Hinc expirans in te vadat ,
Ne hunc leo trux invadat ,
Sed apud te permaneat. Jesu , &c.

A LA POITRINE.

Demandés le don de sagesse, la vertu de mansuetude, la resignation entiere de vôtre volonté, & la conformité aux ordres de Dieu.

Salve salus mea Deus ,
Jesu , dulcis amor meus ,
Salve Pectus reverendum
Cum tremore contingendum
Amoris domicilium. Jesu , &c.

Ave Thronus Trinitatis,
Arca latæ charitatis
Firmamentum infirmatis ,
Pax & pausa fatigatis ,
Humilium triclinium. Jesu , &c.

Salve Jesu reverende ,
Digne semper inquirende ,
Me præsentem hic attende ,
Accedentem me succende ,
Præcordiali grátia. Jesu , &c.

Pectus mihi confer mundum ,
Ardens , pium , gemedundum ,

Volun

Voluntátem abnegátam ,
 Tibi semper conformátam ,
 Juncta virtutum cópia. Jesu , &c.

Jesu dulcis , pastor pie ,
 Fili Dei , & Mariæ ,
 Largo fonte tui cordis ,
 Fæditatem meæ fordís ,
 Benigne Pater dilue. Jesu , &c.

Ave splendor , & figura ,
 Summa Dei genitura ,
 De thesauris tuis plenis ,
 Desolátis , & egénis
 Munus cleménter próflue. Jesu , &c.

Dulce , Jesu Christi Pectus ,
 Tuo fiam dono rectus ,
 Absolutus à peccátis ,
 Ardens igne charitátis ,
 Ut semper te recógitem. Jesu , &c.

Tu abyssus es sophiæ ,
 Angelórum harmóniæ ,
 Te colladant : ex te fluxit ,
 Quod Joannes cubans suxit ,
 In te fac un inhábitem. Jesu , &c.

Ave sôns benignitátis ,
 Plenitúdo Deitátis ,
 Corporális in te manet ,
 Vanitátem in me sanet ,
 Quod tu confers concilium. Jesu , &c.

Ave verum templum Dei,
 Precor miserere mei,
 Tu totius arca boni,
 Fac electis me apponi,
 Vas dives : Deus omnium. Jesu, &c.

AU COEUR.

Demandés la vertu de Charité, & un zèle ardent pour la gloire de Dieu.

Summi Regis Cor avéto,
 Te saluto corde lato,
 Te compléti me deléctat,
 Et hoc meum cor afféctat,
 Ut ad te loquar, ánimes. Jesu, &c.

Quo amore vincebáris,
 Quo doló e torquebáris,
 Cúm te totum exhauríres,
 Ut te nobis impertíres,
 Et nos à morte tólleres. Jesu, &c.

O mors illa quàm amára,
 Quàm inimícus, quàm avára,
 Quæ per cellam introívit,
 In qua mundi vita vivit,
 Te mordens cor dulcíssimum. Jesu, &c.

Propter mortem quàm tulisti
 Quando pro me defecísti,
 Cordis mei, cor diléctum,
 In te meum fer afféctum,
 Hoc est quod opto plurimum. Jesu, &c.

O Cor dulce prædilectum

Munda cor meum illéctum ,

Et in vanis indurátum ,

Pium fac , & timorátum ,

Repúlso tetro frigóre.

Jesu , &c.

Per medúllam cordis mei ,

Peccatóris atque rei ,

Tuus amor transferátur ,

Quo Cor tuum rapiátur ,

Languens amoris vúlnerè.

Jesu , &c.

Dilatáre , aperíre ;

Tanquam rosa fragrans mirè ,

Cordi meo te conjúnge ,

Unge illud , & compúnge ,

Qui amat te , quid pátitur.

Jesu , &c.

Quídam agar , nescit verè ,

Nec se valet cohibere ,

Nullum modum dat amóri ,

Multa morte vellet mori ,

Amóre quisquis vincitur.

Jesu , &c.

Viva cordis voce clamo ,

Dulce cor , te namque amo ,

Ad cor meum inclináre ,

Ut se possit applicáre ,

Devóto tibi pécctore.

Jesu , &c.

Tuo vivat in amóre ,

Ne dormitet in torpóre ,

Ad te oret , ad te ploret ,

Te adóret , te honóret ,
Te fruens omni témpore. Jéfu , &c.

Rosa cordis aperíre ,
Cujus odor fragrat mirè ,
Te dignáre dilatáre ,
Fac cor meum anheláre ,
Flamma desidérii. Jéfu , &c.

Da cor cordi sociári ,
Tecum Jéfu vulnerári ,
Nam cor cordi simiátur ,
Si cor meum perforátur
Sagittis impropérii. Jéfu , &c.

Infer tuum intra línum ,
Cor , ut tibi sit vicinum ,
In dolóre gaudióso ,
Cum defórmi specióso ,
Quod vix seipsum cúpiat. Jéfu , &c.

Hic repáuset , hic morétur ,
Ecce jam pôst te movétur ,
Te ardénter vult sitire ,
Jéfu , noli contraíre ,
Ut bene de te séntiat. Jéfu , &c.

A LA TESTE.

*Demandés le don de perseverance , & qui
s'étant incliné sur la Croix , pour présenter le
baiser de pure à tous les hommes ; il daigne vous
le donner à l'heure de votre mort.*

Salve Caput cruentatum
 Totum spinis coronatum ,
 Conquassatum , vulneratum ,
 Arundine verberatum ,
 Facie sputis illita.

Jesu , &c.

Salve cujus dulcis vultus
 Immutatus , & incultus ,
 Immutavit suum florem ,
 Totus versus in pallorem ,
 Quem coeli tremit curia.

Jesu , &c.

Omnis vigor , atque viror
 Hinc recessit , non admiror
 Mors apparet in aspectu
 Totus pendens in defectu
 Attritus agra macie.

Jesu , &c.

Sic affectus , sic despectus
 Propter me sic interfectus
 Peccatori tam indigno
 Cum amoris inter igno
 Appare clara facie.

Jesu , &c.

In hac tua Passione
 Me agnosco Pastor bone ,
 Cujus , sumpsi mel ex ore ;
 Haustum lactis cum dalcore ,
 Prae omnibus delicti .

Jesu

Non me reum asperreris ,
 Nec indignum dedigneris ,
 Morde tibi jam vicina ,

Tuum caput hic inclina ,
 In meis pausa bráchiis. Jesu , &c.

Tuæ sanctæ Passióni ,
 Me gaudérem interponi
 In hac Cruce tecum mori
 Præsta Crucis amatóri
 Sub Cruce tua móriar. Jesu , &c.

Mortí tuæ tam amáræ
 Grates ago Jesu chare
 Qui es clemens , pie Deus ,
 Fac quod petit tuus reus
 Ut absque te non finiar. Jesu , &c.

Dum me mori est necesse
 Noli mihi tunc deesse ,
 In treménda mortis hora ,
 Veni Jesu absque mora ,
 Tuère me , & libera. Jesu , &c.

Cum me jubes emigrâre
 Jesu chare , tunc appâre
 O amâtor amplecténde
 Temetípsum tunc osténde
 In Cruce salutífera. Jesu , &c.

HYMNE

Tres - devote pour saluer la sainte Croix , & pour nous exciter à la conserver continuellement dans nôtre souvenir , & dans nôtre cœur pendant nos joyes & nos afflictions , & toutes les actions de nôtre vie : & enfin à La porter

courageusement avec Jesus - Christ , pour être couronnés avec luy.

Les Choristes.

Recordare sanctæ Crucis ,
Qui perfectam vitam ducis
Delectare jüger.

Toute la Compagnie répondra apres chaque strophe le Verset suivant.

Jesu peccatorum refugium , & Pœnitentium
protector : per Crucem , & Passiõnem tuam
libera nos Deus noster.

Sanctæ Crucis recordare ,
Et in ipsa meditare
Insatiabiliter. Jesu , &c.

Stas in Cruce Christo duce ,
Donec vivis in hac luce
Modo proculdubio. Jesu , &c.

Non quiescas , non repescas ,
In hac crescas ut calescas ,
Cordis desiderio. Jesu , &c.

Ama Crucem mundi lucem ,
Et habebis Christum Ducem ,
Per æterna sæcula. Jesu , &c.

Cor in Cruce , Crux in corde ,
Crux cor meum absque sorde ,
Et tranquillum faciat. Jesu , &c.

Lingua , Crux efficiatur ,
Crucem promat , & loquatur ,

Et nunquam deficiat. Jesu, &c.

Cruce in corde, Cruce in ore,
Quodam íntimo sapóre

Det tibi dulcédinem. Jesu, &c.

Cruce in membris dominéetur,
Et ubique sitiéetur

Juxta totum hóminem. Jesu, &c.

Speciálem fer amórem
Et præcipuum honórem,

Cruci salutíferæ. Jesu, &c.

Cum fervóre medullárum
Nisi vinum tuarum

Velis hanc diligere. Jesu, &c.

In præclara Cruce stude,
Et in ipsa te reclúde,

Magna cum lætítia. Jesu, &c.

Christo sis confixus Cruci,
Ut te váleas perducí,

Secum ad cæléstia. Jesu, &c.

Sis in Cruce Christi totus,
Prompto ánimo devórus

Júbilo dulcédinis. Jesu, &c.

Servum Dei Cruce defendit,
Comprehéndit, & osténdit

Viam rectitúdinis. Jesu, &c.

Cum tentátus, & afflictus,
Derelíctus quasi victus,

Es inter angústias. Jesu, &c.

Non sis piger , neque lentus ,
Sed sollicitè inténtus ,
Cruce frontem múnias. Jesu , &c.

Cum quiescis , aut labóras ,
Quando ridés , quando ploras ,
Doles , sive gaudeas. Jesu , &c.

Quando vadis , quando venis ,
In solátiis , in pœnis ,
Cruce in corde teneas. Jesu , &c.

Cruce in ómnibus pressúris ,
Et in gravibus , & duris
Est totum remédium. Jesu , &c.

Cruce in pœnis , & torméntis
Est dulcédo præ mentis ,
Est verum refugium. Jesu , &c.

Cruce est porta Paradísi ,
In qua Sancti sunt confísi ,
Qui vicérunt ómnia. Jesu , &c.

Cruce est mundi medicina ,
Per quam bônitas divina
Fecit mirabilia. Jesu , &c.

Cruce est salus animárum ,
Verum lumen & præclarum ,
Et dulcédo córdium. Jesu , &c.

Cruce est vita Beatórum ,
Et thesáurus perfectórum ,
Et decor & gáudium. Jesu , &c.

Cruce est spéculum virtútis

Gloriósæ dux salutis
 Cuncta spes fidélium. Jesu , &c.
 Crux est decus salvandórum
 Et solátium eórum ,
 Atque desidérium. Jesu , &c.
 Crux est navis , Crux est portus ,
 Crus deliciárum hortus ,
 In quo florent ómnia. Jesu , &c.
 Crux est fortis armatúra ,
 Et protéctio secúra
 Cónterens àemónia. Jesu , &c.
 Crux est arbor decoráta ,
 Christi ságuine sacráta ,
 Cunctis plena frúctibus. Jesu , &c.
 Quibus ánimæ fruúntur ,
 Cum supérnis nutriúntur
 Cibis in coeléstibus. Jesu , &c.
 O quam felix permanébis ,
 Nunc in Cruce si studébis ,
 Donec mundo víxeris. Jesu , &c.
 Sine fine lætus^{eris} ,
 Tu qui sanctám Crucem geris ,
 Si perseveravéris. Jesu , &c.
 Crucem quære , Crucem gere ,
 Christi Crucem intuére ,
 Ut amóre lángueas. Jesu , &c.
 Summa fide Crucem vide ,
 Et plenissimè confide :

Donec vitam habeas. Jesu , &c.

Recordáre frater pie ,
Septem vicibus in die
Passiónis Domini

Hanc si amas , & honóras ,
Dicas illi certas horas ,
Gratus eris Númini. Jesu , &c.

Quando sedes , stas , & jaces ,
Quando loqueris , & taces ,
Fessus cum quiéveris. Jesu , &c.

Christum quæras in quo spéras ,
Crucifixum corde geras ,
Ubicúnque fueris. Jesu , &c.

Diligénte pone mentem ,
Super Christum patientem ,
Ut sibi condóleas. Jesu , &c.

Christi mortem Christiáne ,
Plange serò atque manè ,
Et in planctu gáudeas. Jesu , &c.

Quàm despéctus , quàm dejectus ,
Rex coelórum est efféctus ,
Ut salváret sæculum. Jesu , &c.

Esurívit , & sitívit ,
Pauper , & egénus ívit
Usque ad patíbulum. Jesu , &c.

Recordare paupertátis ,
Et extremæ vilitátis ,
Et gravis supplicii. Jesu , &c.

Si es compos ratiónis ,
 Esto memor Passiόνis ,
 Fellis , & absynthii. Jesu , &c.

Propter hóminum peccáta ,
 Sua caro cruciáta ,
 Fuit inter verbéra. Jesu , &c.

Membra sua sunt disténta ,
 Perfert áspera torménta ,
 Et illáta vílcera. Jesu , &c.

Inter magnos cruciátus ,
 Est in Cruce lacrymátus ,
 Et emísit spíritum. Jesu , &c.

Suspirémus , & fleamus ,
 Toto corde doceámus ,
 Super Unigénitum. Jesu , &c.

Quando vides te afflíctum ,
 Desolátum , ita víctum
 Quid quasi deficias. Jesu , &c.

Christi cógites dolóres ,
 Graves pœnas , & mœróres ,
 Spura contumélias. Jesu , &c.

Crucifige fac me fortem ,
 Ut libénter tuam mortem
 Plangam donec vixéro. Jesu , &c.

Tecum volo vulnérari ,
 Te libénter amplexári
 In Cruce desídero. Jesu , &c.

Totum sit quod ego dixi ,

Ad honorem Crucifixi ,

Ad laudem & glóriam. Jesu , &c.

Ut meórum peccatórum ,

Glóriósè Rex Cœlórum ,

Mihi dones véniam.

H Y M N E ,

Contenant une affectueuse consideration des douleurs de la sainte Vierge , aux pieds de son cher Fils souffrant en Croix ; le desir de participer à ses souffrances , & à celles de son Fils , & dans laquelle enfin l'ame devote demande protection à l'heure de la mort.

S Tabat Mater dolorósa,
S Juxta Crucem lachrymosa
 Dum pendébat Filius.

Cujus animam gémentem ,
 Contristántem , & dolentem ,
 Pertransivit gládius.

O quàm tristis , & afflicta ,
 Fuit illa benedicta
 Mater Unigéniti.

Quæ mœerebat , & dolebat ,
 Et tremébat cum vidébat ,
 Nati pœnas inclyti.

Quis est homo qui non fleret ,
 Christi Matrem si vidéret ,
 In tanto supplicio.

Quis posset non contristari ?

Piam Matrem contemplári ,
Doléntem cum Filio.

Pro peccátis suæ gentis ,
Vidit Jesum in torméntis ,
Et flagéllis súbditum.

Vidit suum dulcem natum ,
Moriéntem desolátum ,
Dum emísit spíritum.

Eia Mater fons amóris ,
Me sentíre vim dolóris ,
Fac ut tecum lúgeam.

Fac ut árdeat cor meum ,
In amando Christum Deum ,
Ut sibi compláceam.

Sancta Mater istud agas ,
Crucifixi fige plagas
Cordi meo válidè.

Tui nati vulneráti ,
Jam dignáti pro me pati ,
Poenas mecum dívide.

Fac me verè tecum flere ,
Crucifixo condólere ,
Donec ego víxero.

Juxta Crucem tecum stare ,
Te libénter sociáre ,
In planctu desidero.

Virgo Virginum præclara ,
Mihí jam non sis amára ,

Fac me tecum plângere.

Fac ut portem Christi mortem ,
Passiónis ejus fortem ,
Et plagas recólere.

Fac me plagis vulnerári ,
Cruce hac inebriári ,
Ob amorem Filii.

Inflamátus , & accénsus ,
Per te Virgo sim defénsus ,
In die judícii.

Fac me Cruce custodiri ,
Morte Christi præmuniri ,
Confoveri grátia.

Quando corpus moriétur ,
Fac ut ánimæ donétur ,
Paradisi glória. Amen.


Vers. Un Chor. Christus factus est pro nobis
obédiens , usque ad mortem.

Le Chœur. Mortem autem Crucis.

Le Recteur.

R Espice quæsumus Dómine super hanc
famíliam tuam, pro qua Dóminus noster
Jesus Christus non dubitávit má nibus tradi
nocéntium , & Crucis subíre torméntum.

Faut dire tout bas. Qui tecum vivit , & regnat
in unitáte Spíritus sancti Deus , &c.



HYMNES
DU TRES SAINT SACREMENT
DE L'AUTEL.

Pour reciter à voix basse au pied de l'Autel pendant que le S. Sacrement est exposé. Pour dire avant la Benediction. Et pour chanter durant le cours de la Procession que la Compagnie fait le lendemain de la Feste Dieu.

Les Confreres assistant deux à deux devant le saint Sacrement peuvent reciter generalement toutes ces Hymnes, se répondant Verset par Verset; mais il faut observer qu'en ce cas outre ces Hymnes, ils peuvent reciter les Hymnes, les Cantiques, & les Litanies du saint Nom de Jesus; les Litanies de la Vie, & Passion de Jesus Christ, les sept Pseaumes Penitentioux; Et les autres Prieres propres à ce sujet.

A la Benediction, on doit chanter l'Hymne de l'Eglise) Pange lingua) ou tout, ou en partie. Un peu avant la Benediction & pendant que l'on s'y dispose, on peut chanter quelques Versets de l'Hymne, Jesu dulcis memoria.

Durant le cours de la Procession, on peut chanter toutes ces Hymnes: mais ordinairement

on ne doit chanter que le Verset O salutâris Hôstia de l'Hymne Verbum supérnum pour commencer la Procession, en suite l'Hymne (Jesu dulcis) & le Cantique du S. Nom de Jesus tiré des Pseumes de David mis apres les Hymnes: ce qui se doit faire en la maniere suivante.

Les Choristes entonneront les Versets des Hymnes, & le Chœur répondra en redisant les mêmes Versets: Mais au Cantique les Choristes diront les Versets, & apres chacun, le Chœur redira le Verset mis pour servir de rechant.

A la fin de chaque Station les Choristes diront les Versets, & les Antennes marquées pour chacune à la fin des Hymnes, & l'Officiant les Oraisons.

H Y M N E.

*Qui contient l'institution du saint Sacrement,
& qui nous excite à croire ce mystere d'une
foy ferme & inviolable.*

P Ange lingua gloriósi,
Córporis mylterium,
Sanguinique pretiósi,
Quem in mundi pretium
Fructus ventris generósi,
Rex effudit géntium.

Nobis datus, nobis natus,
Ex intácta Virgine,
Et in mundo conversátus,

Sparso verbi sémine,
 Sui moras incolátus
 Miro clausit órdine.

In suprémæ nocte cœnæ
 Recúmbens cum frátribus,
 Observáta lege plenè
 Cibis in legálibus,
 Cibum turbæ duodénæ
 Se dat suis manibus.

Verbum caro, panem verum
 Verbo carnem éfficít :
 Fitque sanguis Christi merum,
 Et si sensus déficit :
 Ad firmándum cor sincérum
 Sola fides súfficit.

Tantum ergo Sacraméntum
 Venerémur cérnui :
 Et antiquum documéntum
 Novo cedit ritui :
 Præstet fides suppleméntum
 Sénsuum deféctui.

Genitóri, genitóque
 Laus & jubilátio
 Salus, honor, virtus quoque
 Sit & benedictio :
 Procedénti ab utróque
 Compar sit laudátio. Amen.

HYMNE.

En action de graces, de ce que le pain des Anges est devenu le pain des hommes, pour fortifier les foibles, & consoler les affligez.

S Acris solémnus junéta sint gáudia ,
 Et ex precórdiis sonent precónia ;
 Recédant vétera , nova sint ómnia ,
 Corda , voces , & ópera.

Noctis recólitur cœna novíssima ,
 Qua Christus créditur agnum & ázyna
 Dedísse frátribus , juxta legitima ,
 Priscis indúlta pátribus.

Post agnum typicum , expletis épulis ,
 Corpus Domínicum datum discipulis ,
 Sic totum ómnibus , quod totum singulis ,
 Ejus fatémur mánibus.

Dedit fragílibus corpóris férculum ,
 Dedit & trístibus sánguinis póculum ,
 Dicens , Accípíte quod trado vásculum ,
 Omnes ex eo bíbite.

Sic sacrificium istud instituit ,
 Cujus officium committi voluit
 Solis Presbyteris , quibus sic cóngruit ,
 Ut sumant , & dent céteris.

Panis Angélicus fit panis hóminum ;
 Dat panis cœlicus figúris términum .
 O res mirábilis , mandúcat Dóminum ,
 Pauper , servus , & húmilis.

Te trina D  itas   naque p  scimus ,
 Sic nos tu visita , sicut te colimus .
 Per tuas s  mitas duc nos qu   t  ndimus ,
 Ad lucem quam inh  bitas. Amen.

HYMNE.

*Pour demander que le Corps de Jesus Christ   tant
 une victime , offerte tous les jours    Dieu en
 sacrifice pour le salut des hommes , elle nous
 delivre de tous maux.*

Verbum sup  rnum pr  diens ,
 Nec Patris linquens d  xteram ,
 Ad corpus suum   xiens ,
 Venit ad vit   v  speram.

In mortem    discipulo
 Suis trad  ndis   mulis ,
 Prius in vit   f  rculo
 Se tradidit discipulis.

Quibus sub bina sp  cie
 Carnem dedit & sanguinem ,
 Ut d  plicitis substanti  
 Totum cibaret h  minem.

Se n  scens dedit s  cium ,
 Conv  lens in edulium ,
 Se m  rtens in pr  cium ,
 Se regnans dat in pr  mium.

O salut  ris H  stia ,
 Qu   c  li pandis ostium ,
 Bella premunt hostilia ,

Da robur fer auxilium.

Uni trinóque Dómino
 Sit sempiterna gló·ia ,
 Qui vitam sine término
 Nobis donet in pátria. Amen.

H Y M N E

Tres devote de saint Bernard, où la ioye, la douceur, la consolation, & enfin le bon heur que cause la presence de Jesus Christ dans les cœurs est admirablement exprimée, & laquelle est capable de faire naistre dans les ames un desir ardent de le chercher, & le posseder.

Cette Hymne se dit encore pour le saint Nom de Jesus.

JESU dulcis memó·ia ,
 Dans vera cordis gáudia ,
 Sed super mel & ó·nia ,
 Ejus dulcis præsentia ,

Nil canitur suá·vius :
 Nil auditur jucú·dius :
 Nil cogitatur dú·cius ,
 Quàm Jesus Dei Fílius.

Jesu spes pœniténtibus ,
 Quàm pius es peténtibus ,
 Quàm bonus te quæréntibus ,
 Sed quid inveniéntibus ?

Jesu dulcédo córdium ,
 Fons vivus , lumen méntium ,

Excédens omne gáudium ,
Et omne desidérium.

Nec lingua valet dicere ,
Nec littera exprimere ,
Expértus potest credere ,
Quid sit Jesum diligere.

Jesum quæram in lectulo :
Claufo cordis cubiculo :
Privátim , & in público ,
Quæram amore sèdulo.

Jesu Rex admirábilis ,
Et triumphátor nóbilis ,
Dulcèdo ineffábilis :
Totus desiderábilis.

Mane nobiscum Dómine ,
Et nos illústra lumine ,
Pulsa mentis caligine ,
Mundum replens dulcédine.

Quando cor nostrum vísitas ,
Tunc lucet ei véritas ,
Mundi viléscit vánitas ,
Et intus ferveret cháritas.

Amor Jesu dulcissimus ,
Et verè suavíssimus ,
Plus millies gratíssimus ,
Quàm dicere sufficimus.

Hoc probat eius pássio ,
Hoc sánguinis effusio ,

Per quam nobis redemptio
Datur, & Dei visio.

Jesum omnes agnoscite,
Amorem ejus potestate,
Jesum ardentem quaerite,
Quaerendo inardescite.

Sic amantem diligite,
Amoris vicem reddite,
In hunc odorem currite,
Et vota votis reddite.

Jesus auctor clementiae,
Totius spes laetitiae,
Dulcoris fons & gratiae,
Veræ cordis delitiae.

Jesu mi bone sentiam
Amoris tui copiam,
Da mihi per praesentiam
Tuam videre gloriam.

Dum dignè loqui nequeam,
De te tamen ne sileam,
Amor fecit ut audeam,
Cum de te solum gaudeam.

Tua Jesu dilectio,
Grata mentis refectio,
Replens sine fastidio,
Dans famem desiderio.

Qui te gustant, esuriunt,
Qui bibunt, adhuc sitiunt,

Desiderare nesciunt ,
Nisi Jesum quem diligunt.

Quem tuus amor ebriat
Novit quid Jesus sapiat ;
Quam felix est quem sariat ,
Non est ultra quod cupiat.

Jesu decus Angelicum ,
In aure dulce canticum ,
In ore mel mirificum ,
In corde nectar coelicum.

Desidero te millies ,
Mi Jesu quando venies ?
Me laetum quando sacies ?
Me de te quando faties ?

Amor tuus continuus ,
Mihi languor assiduus ,
Mihi fructus mellifluus ,
Est & vitae perpetuus.

Jesu summa benignitas :
Mira cordis jucunditas :
Incomprehensa bonitas :
Tua me stringat charitas.

Bonum mihi diligere ,
Jesum , nil ultra quaerere :
Mihi prorsus deficere ,
Ut illi queam vivere.

Jesu mi dilectissime ,
Spes suspirantis animae ,

Te quærunt piæ láchrymæ ,
 Et clamor mentis intumæ.

Quocúnque loco fuero ,
 Semper Jesum desidero :
 Quàm lætus cùm invénero
 Quàm foelix cùm tenuero.

Tunc ampléxus , tunc óscula
 Quæ vincunt mellis pócula ,
 Sed in his parva mórula ,
 Jesum sequar per sæcula.

Jam quod quæsi vi vídeo ,
 Quod concupívi teneo ,
 Amóre Jesu lángueo ,
 Et corde totus ardeo.

Jesus cùm sic diligitur ,
 Hic amor non extinguitur ,
 Non repéscit nec móritur ,
 Plus crescit , & accenditur.

Hic amor ardet júgiter ,
 Dulcessit mirabiliter ,
 Sapit delectabiliter ,
 Deléctat & foeliciter.

Hic amor missus cælitus ,
 Hæret mihi médullicus ,
 Mentem incéndit pœnitus ,
 Hoc delectátur spiritus.

O beátum incéndium ,
 Et ardens desidérium ,

Od ulce refrigerum ,
Amare Dei Filium.

Jesu , flos matris Virginis ,
Amor nostræ dulcedinis ,
Tibi laus , honor nūmanis ,
Regnum beatitudinis.

Veni , veni , Rex óptime ,
Pater imménsæ glóriæ ,
Affulge menti clarius ,
Jam expectatus sæp'us.

Jesu Sole ferentor ,
Et balsamo suavior ,
Omni dulcore dulcior ,
Præ cunctis amabilior.

Cujus gustus sic afficit ,
Cujus odor sic reficit ,
In quo mens mea deficit ,
Solut amanti sufficit.

Tu mentis delectatio :
Amoris consummatio :
Tu mea gloriatio ,
Jesu mundi salvatio.

Sequitur te quoquo ieris ,
Mibi tolli non poteris ,
Cum meum cor abstuleris ,
Jesu laus nostri generis.

Cœli cives occurrere ,
Portas vestras attollite :

Triumphator dicite ,
Ave Jesu Rex inclyte.

Rex virtutum , Rex glóriæ ,
Rex insignis victóriæ ,
Jesu largitor vénix ,
Honor cœlestis patriæ.

Tu fons misericordiæ ,
Tu veræ lumen patriæ :
Pelle nubem tristitiæ ,
Dans nobis lucem glóriæ.

Jesus in pace imperat ,
Qui omnem sensum súperat ,
Hunc mea mens desiderat ,
Et illo frui próperat.

Te cœli chorus prædicat ,
Et tuas laudes réplicat ,
Jesu orbem lætificat ,
Et nos Deo pacificat.

Quem prosequámur láudibus ,
Votis , hymnis & précibus ,
Ut nos donet cœlestibus ,
Secum pérfrui sedibus.

Ætérna Sapiéntia ,
Tibi Patrique glória ,
Cum Spíritu paráclito ,
In sempitérna sæcula. Amen.

*Prose de saint Thomas d'Aquin, dans laquelle
il explique merveilleusement le mystere du
saint Sacrement, & rend louanges de cet
insigne bien fait.*

LAUDA SION Salvatorem ,
Lauda ducem & pastorem ,
In Hymnis & Canticis.

Quantum potestantum aude ,
Qua major omni laude ,
Nec laudare sufficis.

Laudis thema specialis ,
Panis vivus , & vitalis ,
Hodie proponitur.

Quem in sacrae mensae coenae ,
Turbae fratrum duodenae ,
Datum non ambigitur.

Sit laus plena , sit sonora ,
Sit jucunda , sit decora
Mentis jubilatio.

Dies enim sollemnis agitur ,
In qua mensae prima recolitur ,
Hujus institutio.

In hac mensa novi Regis ,
Novum Pascha novae legis ,
Phase vetus terminat.

Verustatem novitas ,
Umbrae fuga veritas ,
Noctem lux illuminat.

Quod in cœna Christus gessit ,
 Faciendum hoc expréssit ,
 In sui memóriam.

Docti sacris institútis ,
 Panem , vinum in salú'is ,
 Consecrámus hóst am.

Dogma datur Christiánis ,
 Quòd in carnem transit panis ,
 Et vinum in sánguinem.

Quod non ca is quod non vides
 Animosa firma fides ,
 Præter rerum órduem.

Sub diversis speciéb'us ,
 Signis tantùm , & non rebus ,
 Latent res exímia.

Caro cibus , sanguis potus ,
 Manet tamen Christus totus
 Sub utráque spécie.

A suménte non concísus ,
 Non confráctus , non divisus ,
 Intéger accipitur.

Sunt et unus sumunt mille ,
 Quantum isti , tantum ille ,
 Nec sumptus consumitur.

Sumunt boni , sumunt mali :
 Sorte tamen in æquáli ,
 Vitæ , vel intéritus.

Mors est malis , vita bonis ,

Vide panis sumptionis
 Quam sit dispar exitus.

Fracto demùm sacramento ,
 Ne vacilles , sed meménto ,
 Tantum esse sub fragménto ,
 Quantum toto régitur.

Nulla rei fit scissúra :
 Signi tantùm sit fractúra ,
 Quia nec status , nec statúra
 Signati minuitur.

Ecce panis Angelórum ,
 Factus cibus viatórum :
 Verè panis filiórum
 Non miténdus cánibus.

In figuris præsignátur ,
 Cum Isáac immolatur :
 Agnus Paschæ depurátur ,
 Datur manna pátribus.

Bone Pastor , panis verè ,
 Jesu nostri miserére :
 Tu nos pasc e , nos tuére :
 Tu nos bona fac vidére
 In terra vivéntium.

Tu qui cuncta scis & vales :
 Qui nos pascis hic mortáles
 Tuos ibi commensáles ,
 Coherédes & sodáles ,
 Fac sanctorum civium. Amen.

*Autre Prose de S. Thomas, par laquelle on fait
des aêtes d'une Foy genereuse sur la presence
du Corps de Jesus-Christ caché sous les especes
du pain & du vin, & on demande la grace
de le voir un jour sans voile dans le Ciel.*

ADoro te devôte, latens déitas,
Quæ sub his figuris verè latitas:
Tibi se cor meum totum subjicit,
Quia te contéplans totum déficit.

Visus, tactus, gustus in te fallitur,
Sed auditu solo tuto créditur.

Credo quidquid dixit Dei Filius,
Nil hoc verbo veritatis vérus.

In Cruce latébat sola déitas,
At hic latet simul & humanitas
Ambo tamen credens atque cónfitens,
Peto quod petivit Lairo pœnitens.

Plagas, sicut Thomas non intueor,
Deum tamen meum te cónfiteor,
Fac me tibi semper magis credere,
In te spem habère, te diligere.

O memoriále mortis Dómini,
Panis vivus, vitam prættans hómini:
Præsta meæ menti de te vivere,
Et te illi semper dulce sápere.

Pie Pellicáne Jesu Dómine,
Me immúndum munda tuo sángine:
Cujus una stilla salvum fácere,

Totum mundum quit ab omni scélere.

Jesu quem velâtem nunc aspicio ,
 Oro fiat illud , quod tam sitio ,
 Ut te revelâta cernens fâcie ,
 Visu sim beâtus tuæ gloriæ. Amen.

Cantique du saint Nom de Jesus, composé des Versets ramassez des Pseaumes de David, que les Confreres doivent dire souvent en particulier pour saluer & donner louanges à ce Nom admirable, & que la Compagnie chante sur la fin de la Procession en la forme suivante. Les Choristes entonneront les Versets du Cantique, & le Chœur répond par le Verset Jesu, &c. mis cy-après pour servir de Rechant.

Laudate p̄beri, & servi Dóminum : laudate nomen Domini.

Le Chœur. Jesu nostrum refúgium, & virtus. propter nomen sanctam tuum ádjuva nos Deus noster.

Laudate nomen ejus, quóniam suavis est Dóminus in æternum misericórdia ejus : & usque in generatióem, & generatióem veritas ejus.

A Solis ortu usque ad occásum, laudábile nomen ejus.

Usquequò Deus improperábit inimicus : irritat adversárus nomen tuum in finem ?

Sit nomen ejus benedíctum in sæcula : ante Solem

Solem p ermanet nomen ejus.

Jubil te Deo omnis terra, psalmum dicite n mini ejus : date gl oriam laudi ejus.

Et benedictum nomen Majest tis ejus in  et rnum : & repl bitur majest te ejus omnis terra, fiat, fiat.

Sanctum, & terribile nomen ejus : initium sapientie timor D mini.

Ut annuncient in Sion nomen D mini : & laudem ejus in Jer salem.

Confiteantur n mini tuo magno, qu niam terribile, & sanctum est : & honor Regis judicium diligit.

Hi in c uribus, & hi in equis : nos autem in n mine D mini Dei nostri invocabimus.

Refugium meum es tu : & propter nomen tuum deduces me, & enitries me.

Iter facite ei qui ascendit super occasum : D minus nomen illi.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus D mini testimonium Israel : ad confitendum n mini D mini.

Spesent in te qui nov runt nomen tuum : qu niam non dereliquisti qu erentes te D mine.

Thabor & Hermon in n mine tuo exultabunt : tuum br chium cum pot ntia.

O D mine saluum me fac, Domine bene

prosperare : benedictus qui venit in nomine Domini.

Moyſes & Aaron in Sacerdotibus ejus : & Samuel inter eos qui invocant nomen ejus.

Mémoires erunt nominis tui : in omni generatione , & generationem.

Exurge Domine adjuva nos : & redime nos propter nomen tuum.

Si obliti sumus nomen Dei nostri , & si expandimus manus nostras ad Deum alienum : nonne Deus requireret ista ?

Secundum nomen tuum Deus , sic & laus tua in fines terrarum : justitia plena est dextera tua.

In Deo laudabimus tota die : & in nomine tuo confitebimur in sæculum.

Effunde iram tuam in gentes , quæ te non noverunt : & in regna , quæ nomen tuum non invocaverunt.

Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo : multum est enim.

Propiætea confitebor tibi in nationibus Domine : & nomini tuo psalmum dicam.

Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum : quoniam tu benedices justo.

Reges omnes terræ timebunt gloriam tuam : & Gentes nomen tuum Domine.

Bonum est confiteri Domino : & psallere nó-

mini tuo altissime.

Beatus vir cujus est nomen Dómini spes
ejus : & non respéxit in vanitates , & insá-
nias falsas.

Et tu Dómine , Dómine : fac mecum propter
nomen tuum.

Non nobis , Dómine , non nobis : sed nómini
tuo da gloriam.

Ne avertatur húmilis factus confúsus : pau-
per & inops laudabunt nomen tuum.

In te inimicos nostros ventilábitis cornu :
& in nómine tuo spernémus insurgentes in
nos.

Gloriabúntur in te omnes qui diligunt no-
men tuum : quóniam tu benedices justo.

Non dicent qui prateribant , benedictio
Dómini super vos . benediximus vobis in
nómine Dómini.

Omnes gentes circuiérunt me : & in nómi-
ne Dómini , quia ultus sum in eos.

Dóminus nomen tuum in ætérnum : Dómi-
ne memoriale tuum in generatióne , & ge-
neratióne.

Dómine Dóminus noster : quàm admirábilis
est nomen tuum in univérſa terra.

Exaltábo te Deus meus Rex : & benedicam
nomini tuo in sæculum : & in sæculum sæ-
culi.

Oratióem meam quóniam exaudisti tu Deus meus : dedisti hæreditatem timéntibus nomen tuum.

Quid retribuam Dómino : pro ómnibus quæ retribuit mihi ? Cálicem salutáris accípiam , & nomen Dómini invocábo.

Quia in eo lætábitur cor nostrum : & in nómine sancto ejus sperávimus.

Ut notam fáceret poténtiam suam : salvávit eos propter nomen suum.

Educ de custódia ánimam meam , ad confiténdum nómini tuo : me expéctant justí , donec retribuas mihi.

Non discédimus à te , vivificábis nos : & nomen tuum invocábimus.

Os meum loquétur laudatióem Dómini , & benedicat omnis caro nómini sancto ejus in sæculum : & in sæculum sæculi.

Salvávit nos propter nomen suum : ut notam fáceret poténtiam suam.

Spiritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam : propter nomen tuum vivificábis me in æquitáte tua.

Tuo nómini sic psalmum dicam : ut reddam vota mea de die in diem.

Reges terræ & omnes pópuli : príncipes & omnes iudices terræ.

Juvenes & vírgines , senes cum junióribus

laudent nomen Dómini : quia exaltatum est nomen ejus solius.

Omnia quæ intra me sunt : benedicant nómini sancto ejus. Glória Patri , &c.

*** **

STATIONS

Du tres - saint Sacrement de l'Autel , durant le cours de la Procession que la Compagnie fait le lendemain de la Fête-Dieu.

IL y a sept Stations fixes, sçavoir dans l'Eglise Metropolitainne saint Estienne , dans l'Eglise saint Sernin , & dans l'Eglise Nôtre-Dame du Taur : dans les Chapelles des Penitens Gris , Penitens Bleus , & Penitens Noirs , & en dernier lieu dans nôtre Chapelle.

A chaque Station l'on doit dire trois Versets & trois Oraisons , on en pût dire davantage , mais le nombre doit être impair , comme cinq , & sept.

Le premier Verset , & la premiere Oraison est toujours du S. Sacrement. Le second doit être propre au lieu. Le troisiéme , ou autres , selon le choix & prudence de l'Officiant , & du Maître de Ceremonies , lesquels ils prendront des Versets & Oraisons communes , mises plus bas apres les Prieres pour la Benediction du S. Sacrement.

A la fin de la dernière Oraison, il faut ajouter,
 Per Dóminum nostrum Jesum Christum, &c.

A S. Estienne.

Vers. Panem de cœlo præstitisti eis, Allelúya.

Re.p. Omne delectaméntum in se habéntem,
 Allelúya.

ÿ. Ora pro nobis beáte Stéphane.

R. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

ÿ. 3. Au choix.

Oremus.

DEUS qui nobis sub Sacraménto mirábilis
 passionis tuæ memoriám reliquisti
 tribue quæsumus ita nos corpóris, & an-
 guinis tui sacra mystéria veneráti: ut redem-
 ptionis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus.

DA nobis quæsumus Dómine, imitá-
 quod cólimus, ut discámus & inimicos diligere: quia ejus commemoratióne
 celebrámus, qui novit étiam pro persecuti-
 ribus suis exoráte Dóminum nostrum Jesum
 Christum Filium tuum.

A S. Sernin.

ÿ. Panem de Cœlo, &c. Allel.

R. Omne, &c. Allel.

ÿ. Ora pro nobis beáte Saturnine.

R. Ut digni efficiámur, &c.

ÿ. 3. Au choix.

Orémus.

Deus qui nobis sub Sacramento mirabili, &c.
comme devant page 78.

PROpitiare quæsumus Dómine nobis famulus tuos per Sanctorum tuorum Jacobi, Simónis, Judæ, Philippi, & Jacobi, Barnabæ, & Bartholomæi, Saturnini, Exupèrii, Páuli, Ægidii, Geórgii, Cláudii, Nicostráti, Simphoriáni, Cattóris, Quiricii & Julitæ, Asciseli, & Victóriæ, Simplicii, Hilarii, Sylvii, Honoráti, Gilberti, Eadmúndi, Honésti, Susánnæ, & Catharinæ, aliorumque Sanctorum tuorum, quorum cõpõra, & reliquæ, in præsentí Ecclesiá, & ubique habentur mérita gloriosa : ut eõrum pla intercessiõne ab õmnibus semper protegámur advèrsis.

Dans l'Eglise Nõtre Dame du Taur.

Ÿ. Panem de Cœlo, &c. Allel.

℞. Omne delect. &c. Allel.

Ÿ. Ora pro nobis sancta Dei génitrix.

℞. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Ÿ. 3. *Au choix.* *Orémus.*

Deus qui nobis sub Sacramento, &c.

Comme devant page 78.

CONcede nos famulos tuos quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis &

córpõris fanitáte gaudere : & gloriósa Beátæ Mariæ semper Virginitatis intercessióne , à præsenti liberári tristitia , & ætérna pèrfrui lætitia.

*Dans la Chapelle des Penitens Gris , sous
l'invocation de S. Jean-Baptiste.*

Ÿ. Panem de Cœlo , &c. Allel.

℞. Omne delectaméntum , &c. Allel.

Ÿ. Iste Puer magnus coram Dómino.

℞. Nam & manus ejus cum iplo est.

Ÿ. 3. Au choix. Orémus.

Deus qui nobis sub Sacraménto , &c.

Comme devant page 78.

Pœstis quæsumus omnipotens Deus :
ut familia tua per viam salutis incédât ,
& Beati Joannis Præcursoris hortaménta
sectándo , ad eum quem prædixit , securo
pervéniat Dóminum nostrum Jesum Chris-
tum Filium tuum.

*Dans la Chapelle des Penitens Bleus , sous
l'invocation de S. Jerome.*

Ÿ. Panem de Cœlo , &c. Allel.

℞. Omne delect. &c. Allel.

Ÿ. Justum deduxit Dóminus per vias rectas.

℞. Et osténdit illi regnum Dei.

Ÿ. Dómine salvum fac Regem nostrum N.

℞. Et exáudi nos in die qua invocavérimus te.

Orémus

Orémus.

Deus qui nobis, &c. *Comme à la page 78.*

Deus qui Ecclesiæ tuæ in exponendis
sacris Scripturis Beatum Hieronimum
Confessorem tuum, Doctorem maximum
providere dignatus es : præsta quæsumus,
ut ejus suffragantibus méritis quod ore si-
mul & opere docuit te adjuvante exercere
valeamus.

Quæsumus omnipotens Deus, ut famu-
lus tuus N. Rex noster, qui tua mi-
seratione suscepit regni gubernacula, virtu-
tum etiam omnium percipiat incrementa
quibus decenter ornatus, & vitiorum mon-
stra devitare, & ad te qui via, veritas, & vita
es, gratiofus valeat pervenire.

*Dans la Chapelle des Penitens Noirs, sous
l'invocation de la sainte Croix.*

Ÿ. Panem de Cælo, &c. Allel.

℞. Omne delectamentum, &c. Allel.

Ÿ. Hoc signum Crucis erit in Cælo.

℞. Cum Dominus ad judicandum venerit.

Ÿ. 3. *Au choix* *Orémus.*

Deus qui nobis sub Sacramento, &c. *Comme
devant page 78.*

Deus qui unigéniti Filii tui prætióso san-
guine vivificæ Crucis vexillum sancti-
ficare voluisti ; concède quæsumus eos qui

L

ejúsdem sanctæ Crucis gaudent honóre tuâ
quoque ubique protectiône gaudére.

Dans nôtre Chappelle.

- ÿ. Cibávit eos ex ádipe fruménti, Allelúya.
 R. Et de petra méllis saturávit eos , Allelúya.
 ÿ. Sit nomen Dómini nostri Jesu Christi be-
 nedíctum.
 R. Ex hoc nunc & usque in sæculum.
 ÿ. Dómine non secúndum peccáta nostra fá-
 cias nobis.
 R. Neque secúndum iniquitátes nostras retri-
 buas nobis.
 ÿ. Meménto Congregatiónis tuæ.
 R. Quam possedísti ab initio.
 ÿ. Benedicámus Patrem , & Fílium , cum
 sancto Spíritu.
 R. Laudémus , & superexaltémus eum in
 sæcula.
 ÿ. Dóminus vobiscum.
 R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

FAc nos quæsumus Dómine divinitátis
tuæ sempitérna fruitiône repléri; quam
prætiósi córporis , & sánguinis tui temporális
perceptio præfigurat.

DEus qui gloriosíssimum nomen Jesu
Christi Filii tui fecisti fidélibus tuis
summo suavitátis afféctu amábile , & malíg-

nis spírítibus treméndum atque terríbile ,
 concéde propítius , ut qui hoc nomen Jესu
 devòrè venerántur in terris , sanctæ consola-
 tiónis dulcédinem in præsentí percipiant , &
 in futúro gáudium exultatiónis , & intermi-
 nábilis beatitúdinis obtíneant in cœlis.

EXáudi quæsumus Dómine súpplícium
 preces ; & confiténtium tibi parce pec-
 cátis : ut páriter nobis indulgéntiam tribuas
 benignus & pacem.

DEfénde , quæsumus Dómine , istam
 ab omni adversitate famíliam : & toto
 corde tibi prostíratam , ab hóstium propítius
 tuère cleménter insídias.

DEus , cujus misericórdiæ non est nú-
 merus , & bonitátis infínitus est rhe-
 sáurus : pussimæ majestáti tuæ pro collátis
 donis grátias ágimus , tuam semper clemén-
 tiam exorántes : ut qui peténtibus postuláta
 concédis eósdem non déserans ad præmia
 futúra dispónas. Per Dóminum nostrum Je-
 sum **C**hristum , &c. &c. **A**men.

F I N.

